Num. 4

Lettre que los officials sian annals e [illegible]
cals a que los primers [illegible]
fassen per lo [illegible]
[illegible] per lo Governador e [illegible]
Governador de Mallorca.

Nos Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Valentie, [Majo-]
ricarum, Sardinie, et Corsice, Comesque Barchino-[ne, Ros-]
silionis, et Ceritanie. Ad humilem supplicationem [et]
instantiam nobis factam pro parte Universitatis [to-]
tius Insule Minoricarum tenore presentium statuimus, [quod]
in Villa de Ciutadella constituatur Bajulus pro ut esse
antiquitus consuevit et quod tam ipse, quam ceteri Ba-
juli et officiales dicte Insule de singulis locis ad ipsa
officia eligantur; Ita quod per totidem tempus, quo offi-
ciales Majoricarum steterint in officiis consimilibus
dicti officiales Minoricarum permaneant in eisdem;
Appellationes vero, que interponuntur a Sententiis Judi-
cum et Bajulorum Insule memorate fiant ad procura-
torem [illegible] Gubernatoris dicte Insule et ab ipso
ad Gubernatorem
Regni Majoricarum, et ut parcatur laboribus, et expen-
sis processus, sive instantia dicte secunde appellationis
ducatur et agitetur in dicta Insula, usque ad renunci-
ationem, et conclusionem, sicut de instantia prime ap-
pellationis extitit usitatum; ex tunc vero tam ipse proces-
sus, tam principalis instantie quam appellationum
ad dictum Gubernatorem Majoricarum remittatur.
Salvo quod in nullo casu appellationis interiecta a quan-
titate decem librarum, et infra, non abstrahantur ab ipsa
Insula, pro ut ab antiquo fuit hactenus observatum, hec
autem omnia, et singula per nos superius ordinata
durare volumus, et teneri dum de nostra processerit
voluntate; Mandantes per presentes Universis, et Sin-
gulis officialibus, et subditis nostris Insule supradicte
quod presentem ordinationem nostram teneant firmiter
et inconcusse observent, dum de nostra voluntate processe-
rit, ut est dictum. In cujus rei testimonium presentem

Arxiu Comtat de Torre-saura

Vobis fieri jussimus, nostro sigillo munitam. Dat. in Civitate Barchinone quarto die Januarij anno Dni. Millmo trecentessimo quadragessimo quinto. Reg. Cog.

Concordat cum suo originali registro, recondito et descripto in libro Privilegiorum vulgo Llibre Vermell, seu Universitatis Insulæ Minoricarum, de quo fidem facio ego Not. ac Scrib. infrascriptus; et in testimonium veritatis impono sigillum minorem dictæ Univtis. Die 27 Maij 1718. De mandato Adm. Magnorum Juratorum.

Stephanus Brione Not. ac Scrib. Regij Officij Insulæ Minoricarum

Arxiu Comtat de Torre-saura

Arxiu Comtat de Torre-saura